Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35268
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



qui fit aperte utriusque sexus filio furioso vel mente capto. et dicitur exemplaris
quia fit ad exemplum pupillaris. quia sicut providet pater filio pupillo qui
testari non potest de herede. Ita in exemplari providet filio mente capto vel furio-
so qui testari non potest. Dicitur autem pater filio furioso vel mente capto substituere
filio furioso vel mente capto substituere filius ipsius furiosi vel mente capti
et sic caret libris per constitutionem quoscumque extraneos et fit hoc modo. A filium meum
furiosum vel mente captum et mihi heredem instituo. et si ipse substituo ei B. filium
meum vel patrem suum vel alium. Compendiosa substitutio est que fit illorum
verborum compendio constituo. A. filium meum mihi heredem. et si dictus A. decesserit sine
filiis substituo ei B. et ideo dicitur compendiosa. quia sub compendio continet vulgarem
et fideicommissariam substitutionem. Breviloquia sive reciproca fit hoc modo A. et B.
filios meos impubes michi heredes instituo et eos invicem substituo. et sub-
stitutio continet duas vulgares et duas pupillares. Nota quod in omnibus sub- nota
stitutionibus primo dicitur procedere institutio sicut primus gradus et postea ponitur substitutio nota
Item nota quod quicumque fiunt simul et semel. iste tres pupillares vulgares et fideicom-
missaria et hoc fieri potest quando substituti vel aliqui eorum sunt pupilli alii fiunt soli
due scilicet vulgares et fideicommissaria et hoc fieri potest quando nemo institutorum pupillus est
Item nota quod alii fiunt institutiones in stirpe et non in capite sicut filii mei omnes licet nota
fiunt plures tamen habent solam illam partem que me contingebat ex bonis patris mei
eorum et avi. Unde instituti sunt in stirpe hoc est in ea parte quam ego qui sum
eorum stirps debeam habere etc.

Quibus causis infirmatur et non valet testamentum. 361.

Notandum quod si contra ea que dicta supra de testatore et herede vel testibus fiat nota
testamentum non valet. Item nota valet si testator talis sit quod nec scribere nec loqui nota
possit. Item dicitur fieri testamentum uno et eodem contextu ita quod nullus alius actus interpo- nota
natur nisi medicaminis vel litteris necessariis. Item nota utrum testis sit natus cum post
huiusmodi de quo non est in institutione facta mentio et licet quantum ad institutionem non va-
leat testamentum quia ille postumus rumpit institutionem valet tamen quantum ad legata et
ad alia relicta. Est autem postumus qui nascitur post mortem patris ut post huius consum-
mationem patris. Unde post huius postumationem patris natus est. Item nota valet testamentum nota
si post illud aliud ab eodem testatore legitime actum appareat. Item nota valet si nemo
in eo institutus sit heres. Item si nuper factum est. Item si obletum est vel cancella-
tum vel in aliqua sui parte suspectum seu vitiatum etc.

De causis ingratitudinis quibus pater potest exheredare filium et filius patrem. 362.

Primo filius si imperantis manus iniecerit gravem et inhonestam iniuriam eis
intulerit si eos criminaliter excusaverit nisi fuerit adversus principem vel rem publicam
cum omni malefactoribus vel vicoperuit veneno vel aliter mandari ad temptamen
si concubine patris filius se immiscuerit et huiusmodi etc. Et nota quod pater vult ex nota
hereditate filium vel nepotem dicitur inscribere in testamento causa ingratitudinis. Item in
testamentis diversis et in confessione creditoris confitentis creditum sibi omne solutum
exiguntur testes vocati et rogati in aliis non instrumentis vocatis dumtaxat
Nota quod testator in testamento heredem dampnare quod dictus heres non detrahit nota
falsidiam et legatoriis dationis dato quod hereditas assit onerata et falsidia